



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 37. Francisci Pignatelli Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Ferrariam contendit, ubi etiam usque ad extremum obitus sui diem, qui erat decimus quartus Augusti, substitit; podagræ enim & calculi doloribus pene consumptus est, cum nondum explevisset annum ætatis sexagesimum septimum. Celebratur ab omnibus tanquam Vir iustissimus, eximius æquitatis maximæ Cultor, & in rebus agendis dexteritate singulari præstantissimus. Corpus ejus sepultum quiescit Ferrariæ in Ecclesia ad S. Hieronymum Patrum Carmelitarum Discalceatorum, quorum specialis Fautor atque Adjutor existit.

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§ XXXVII.

*Francisci Pignatelli Cardinalis
mors.*

Postremus ex Cardinalibus, qui hoc anno Purpuram cum morte commutarunt, erat Franciscus Pignatellus. Hunc clarissima, & pervetusta Ducum Pignatellorum, præcipuis Principum cognationibus, præterea Pontificalibus Infulis ornata Domus edit. Parentem habuit Julium Monteleonis Ducem, cujus Frater sub nomine Innocentii XII. ad supremi Apostolatus apicem evehus erat. Genitrix porro erat Beatrix Caraffa ex Ducibus

Yy 5 de

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

de Noia: Hunc sanguinem cum vino
tibus hauserat Franciscus, cum
mis ingenuam indolem in spes magis
idoneam, avitæ Religionis amorem
& hæresum odium, quod institutio
utriusque Parentis alte imbibit,
tem teneram literis, & linguarum
ritia egregie percoluit; atque, ut
muta a sæculi strepitu alienum
erat, nil ardentius in votis habuit
quam abdicatis rebus omnibus in Sa-
cram Deo dicatorem Familiam con-
tari. Præ ceteris selegit PP. The-
norum institutum, ubi expleto
cinni anno sese solemni votorum
sione totum Deo sacrabat: Postquam
in Philosophiæ ac Theologiæ
tam felices fecit progressus, ut
nis adhuc Magisterii honore
Sodalibus suis Lector utramque
cultatem per plures annos tractaret.
Attamen suave literarum otium inter-
rupit Hispani Regis favor: Carolus
enim secundus hunc Virum & lingue
nis claritate & proprio merito com-
mendatum ad Archiepiscopatum Ter-
rentinum in Neapolis Regno nomi-
bat. Hac dignitate illustris prius
eo curas intendit, ut in populo
rum probitatem, in Clero Ecclesiæ
disciplinæ vigorem restauraret, omni-
bus vero ipse exemplo prælucret.

Eo fine sæpius Diæcesin lustravit, cre-
bros ad populum sermones habuit, & Sæc. XVIII.
A. C. 1734.
saluberrimas leges condidit: Inter ce-
tera, quæ pro Religionis salute provi-
de moliebatur, erat studium Clericos
pariter in literis, & status sui officii
rite instituendi: quapropter Semina-
rium pene a fundamentis instauravit,
Palatium Archiepiscopale suis sumpti-
bus erexit, Ecclesiam Civitatis Majo-
rem sacris suppellectilibus exornavit,
Sacellum in honorem Beatissimæ Vir-
ginis ex integro construxit, pluraque
alia beneficia in suam Ecclesiam, to-
tamque Diæcesin munifice contulit:
Evecto ad Pontificatum Innocentio XII.
ejus Patruo nil propius esse speraba-
tur, quam Franciscum, tot meritis
clarum Nepotem, Cardinalitia digni-
tate honoratum iri: Ast hæc ipsa San-
guinis propinquitas Pontificem a cura
Nepotum alienissimum permovit, ut
Franciscum non ad Purpuram, quam
ejus merita a quocunque alio Pontifice
exegissent, sed ad laborem destinaret;
quare paulo ante Patruum sui obitum
perarduam in Polonia Legationem
obire jussus, prædilectam Ecclesiam
suam patriamque post septennales cu-
ras Pastorales deserere cogebatur, ac-
cepto negotio, ut diuturnas Augusti III.
Regis similtates cum Sede Apostolica
com

Sæc. XVIII. componere fatageret. Igitur ad Sæc.
 A. C. 1734. natas delatus, comperta Pontifici
 Patru sui morte, negotium sibi
 mandatum ad Clementis XI. Sacrosan-
 ctis votum perficere, strenue adhibe-
 bat, præcipue vero vindicandæ
 Sedis auctoritati, & propagandæ
 Catholicæ egregiam navabat operam.
 Atque Zeli sui præ ceteris præstantia
 exstat monumentum, dum evanescen-
 te & maximopere adnitente schisma
 in Polonia auctoritate
 fuit. Hi enim ejus precibus, rationibus
 & gravi rationum pondere ex-
 iterum in sinum Romanæ Ecclesiæ
 currerunt, & ab eo benignissime
 cepti sunt. Ne vero ob cultum
 factum novellus hic ager desereret,
 vesceret, Franciscus in Urbe Leprosor-
 tana Seminarium S. Congregationis
 Propaganda subjectum erexit, ut
 ipso Rutheni Religionis Catholicæ
 ritatem addiscerent, & deinceps
 Romanæ Ecclesiæ, ejusque communione
 ac doctrinæ immoto studio adhaerere-
 rent. Tantam inde Vir iste existimationem
 sibi comparabat apud Clementem XI.
 ut mortuo Cardinale Cantelmio
 Neapolis Archiepiscopus renuntiavit,
 & paulopost solus inter Cardinales
 Papa creandos primam Sedem obti-
 neret: utque suam Pontifex benevo-

lentiam luculentius eidem testaretur, Sæc. XVIII.
 Biretum, ac cetera Cardinalatus in- A. C. 1734.
 signia per ipsum Nepotem suum Han-
 nibalem Albanum ei submitit. Romam
 igitur revocatus Franciscus, in itinere
 Cæsari Viennæ sua dicabat obsequia,
 ac Laureti, ut in omnibus suis nego-
 tiis auxilium B. Virginis pro perfugio
 haberet, suæ pietatis monumentum
 obtulit imaginem Christi cruci affixi,
 quæ duodecim aureorum millium va-
 lorem æquabat. Cum Romam perve-
 nisset, ibi perstitit integro ferme septen-
 nio, assidue occupatus in rebus Ecclesiæ
 gravissimis; nec tamen ibi ab æmulo-
 rum invidia tutus erat; cum enim Cæ-
 saris partes potenter tueretur, & cum
 Imperatoris Legato tum Romæ a-
 gente arctior ei esset consuetudo, Gal-
 licus præcipue Orator tantum effece-
 rat, ut Neapolim contendere prohibi-
 tus, Ecclesiam suam Generali Vicario
 regendam committere cogeretur.
 Brevi tamen patuit, quam necessaria
 fuisset ipsius Archiepiscopi præsentia;
 Vicarius enim turpi ignavia neglectis
 Ecclesiæ juribus, Proregis, Procerum-
 que favores aucupabatur, unde acci-
 dit, ut Gallorum militum petulantia
 eo procederet, ut civem quemdam,
 qui Gallum casu trucidaverat, ex Ec-
 clesia vi extraherent, aliumque eis
 resi-

Sæc. XVII. resistenter in Cæmeterio multis veteribus impune multarent. Recepta Cardinalis huic Vicario subrogavit, & gravibus oppido vetus summo Pontifici exposuit, Ecclesie conscientie ac Religionis honorem poscere, ut læsa immunitas, atque injuria Ecclesie illata pro viribus restitueretur. His permotus Pontifex ad thematis poenam comminabatur, si Rex, ejusque Ministri læsæ satisfacerent: Cum vero hi morere renuerent, Pontifex excommunicationis diploma jamjam confectum illius tamen executionem Pignatelli & Ottobonus præpediebant, rem ad sacre Sedis votum feliciter componebant. Paulopost Neapolis Regem Cæsarem devoluto, Pignatellus Neapolin concessit, ubi prudentia & consuetudine sua pristinam tranquillitatem restituit, Cæsareosque Administratos sibi mirifice deviaxit, quin propterea quicquam Ecclesie libertatibus derogari pateretur: quapropter etiam illos qui Ecclesiasticum quemdam Elcaone Ducis Secretarium captum Pro-Regis jussu abstraxerant, censuris involvit, eademque poena quosdam Nobiles Magistratus & Jureconsultos, qui sacre Sedis jura editis libellis impugnant, multavit, quamvis hac severitate sibi

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

plurimorum invidiam odiumque accersivisset, qui illum apud Pro-Regem Comitem de Daun accusabant, quod Gallorum Fautor Escalonam, Cellamariam, & Biscaccium Duces Gallicis partibus addictos, atque in arce captos visum ivisset: Ast spreto hisce criminationibus pari animi firmitate Ecclesiæ immunitatem tuebatur adversus eundem Pro-Regem, cujus Ministri mulierem, quæ maritum suum veneno necaverat, ex Ecclesia vi abstractam morti adjudicabant; mox enim Pignatellus cunctos hujus violentiæ reos diris devovit, tanta inde provocata Pro-Regis indignatione, ut hic cunctos Archiepiscopi redditus intercipi, eique a teloniis exemptionem auferri juberet: Hac de re certior factus Pontifex, temporisque iniquitati cedendum ratus, hanc controversiam amica transactione composuit. Paulopost Pignatellus Neapoli Romam venire jubebatur, ut ad sedandas, quæ circa Nuntiaturam exortæ erant, contentiones suam quoque operam conferret: Sublatis igitur omnibus diffidiis Neapolin reversus, cum Comite Gallasio, qui Daunio in Pro-Regis dignitate successerat, animo conjunctissimus vixit, quo demum mortuo Schrattenbachius Cardinalis Pro-Rex successit, & quasi uno corde,

Sæc. XVIII.

A. C. 1734.

corde, una manu cum Pignatello
 sacram & profanam administrat.
 Mortuo autem Clemente XI. Romæ
 ad S. Comitia contendit, non in
 fausto multorum augurio, eum in
 pam electum iri, eoquod propior
 Malachiæ Armacani Archiepiscopi
Religione bona in illum alludere, quod
 busdam visum esset, uti non
 hanc in rem sequens distichon
 cinnaverat.

Clemens decessit: vitis Propia
 sequetur.

Cur? quæris, quia de Reli-
 gione bona est.

Verum eventus hujus vaticani
 anitatem prodidit: Propior Pignatello
 spes affulserat in proximis comitiis
 quibus Cardinalium non pauci in
 electionem consensere; aliis vero
 moderatum ejus Zelum carpentibus
 electus est Benedictus XIII. a quo
 Pignatellus privilegium obtinuerat,
 cujus omnes Ecclesiæ antehac sacra
 Sedi subjectæ, deinceps Archiepiscopi
 pali jurisdictioni obnoxii essent: Recu-
 mantibus tamen Proceribus, &
 pensius rogante Cæsare, hoc privile-
 gium effectum caruit. Demum Napo-
 lin reversus, denuo animum incedit
 ut res Dei pariter & Ecclesiæ, & Pa-
 tris & Pastoris officia simul exequeretur
 quam

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

quam studiosissime pauperum præp-
 rimis inopix largis eleemosynis subve-
 nire constituit, Seminarium ampliavit,
 in mores Clericorum sedulo inquisivit:
 Collegium a fundamentis erexit pro
 infidelibus ad fidem Catholicam con-
 versis: Monasterium item ædificavit
 pro Mulieribus, quæ a perditæ vitæ
 labyrintho ad pœnitentiæ semitam re-
 ducuntur, denique in Ecclesia Sancto-
 rum Apostolorum magnifico sumptu
 Sacellum extruxit in honorem B. Vir-
 ginis sine macula conceptæ. Inter alia
 præclare gesta præcipue animum inten-
 dit ad reformandos Cleri sui mores,
 quo fine Diæcesanam habuit Synodum,
 in qua contra Ecclesiasticorum vitia
 providis, severioribusque statutorum
 remediis insurrexit. Attamen ex Cleri-
 cis nonnulli vitæ suæ licentiam reprimi
 indignabantur, hinc quo major in Præ-
 fule esset reformationis ardor, eo ma-
 jori in ipsum, ejusque Synodum exar-
 sere odia; præprimis ergo adversus
 ejus statuta palam ad Cardinalem Al-
 thannium tum Neapolis Pro - Regem
 appellant, alii infames maximo nu-
 mero libellos in vulgus spargunt, Caus-
 fidicos auro corrumpunt, ut decreta
 ipsis exosa speciosis rationum momentis
 valide impugnarent, & pro irritis ha-
 benda pronuntiarent. Ne his contenti,
 Hist. Eccles. Tom. LXXIV. Zz ru

Sæc. XVII. rudem etiam populum ad seditionem
 A. C. 1734. & tumultum concitant. At dici
 potest, quantum Cleri sui temeritate
 graviter offenderit Pignatellum, quod
 ut reprimeret, Pro-Regis opem
 implorabat; cujus etiam jussu ex
 petulantiores, qui in Urbe jam
 seditionem conflaverant, custodie
 sunt, & severissimis pœnis interdictum
 ne quis Clericorum oppositionem, vel
 appellationis literas publice affigere
 præsumeret: ipse vero Archiepiscopus
 Synodi suæ statuta typis edi curavit,
 cunctisque Parochis ac Confessoribus
 interminata gravissima pœna, injunxit
 ut illorum executionem pro viribus
 gerent. In initio res difficultate
 caruit, postea tamen Præsulis
 & constantia paucorum pertinatione
 fregit. Ita sensim omnia in melius
 versa, brevique temporis spatio locum
 optimo Pastori videre Clerum suum
 ad Ecclesiasticæ disciplinæ normam
 compositum, ejusque exemplo gregem
 suum, totumque ovile sincera pietate
 sobolescens. Unde Deo tantorum
 operum Auctori, ut grates referret
 obbitas, simulque iram Dei quotidie
 minitantem placaret, publicas
 supplicationes, quæ maxima cum so-
 lemmitate in tota Diœcesi institutæ sunt.
 Postquam igitur vigilantissimus hic Pa-

stor, amantissimus Pater, & strenuus Religionis Sedisque Apostolicæ vindex per triginta omnino annos vastam suam Diæcesin immota sollicitudine rexerat, Decanus factus sacri Collegii, & pleuritidis morbo correptus die quinta Decembris tot laborum præmium beato sine in cælis (ut pie speratur) consecutus est.

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

§. XXXVIII.

Quatuor Præsules Cardinalium Collegio a Clemente XII. Papa adscripti.

Vacuas defunctorum Cardinalium sedes jam die vigesima quarta Martii Clemens Papa implevit; habito enim secreto, ut vocant, Consistorio quatuor Præsules meritis præstantissimos Purpuratorum Senatui adscripsit. Hos inter primus erat Pompejus Aldrovandus Bononiensis Patriarcha Jerosolymitanus, Urbis Romanæ Governator, & Vice-Camerarius, Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebii. II. Seraphinus Cincius patria Romanus, Archiepiscopus Beneventanus, S. R. Rotæ Auditor, Presbyter Cardinalis S. Agnetis extra mœnia. III. Petrus Maria Pierius Senensis Ordinis Servorum B. M. Virginis Prior Generalis, Presbyter Cardinalis tit. S. Joannis ante Portam

Z z 2

Lati-